



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

**Chokier, Jean de
Coloniae Agrippinae, 1674**

Reg. de Insordescentibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

rarium super huiusmodi impetrationibus summa, ac valor ipse annuus exprimaliter desuper non specificato, ne de virtute huiusmodi concessionis in posterum habitari contingat, declaravit pretextu concessionis huiusmodi, valorem ipsum usque ad tertiam partem valoris expressi, & in prima, qua de super fiet, litterarum expeditione damnari augeri posse, & eas, quas litteris iam expeditis cum expressione valoris specificati, aut non integro augmento predicto denud desuper expediri contigerit, litteras cum aliquo augmento valoris huiusmodi nullius esse roboris vel momenti, etiamsi motu proprio beneficiales gratie & dispositiones quacunque a sanctitate sua emanarent.

DE INSORDESCENTIBUS.

65. **I**tem ne personis, pro quibus littere sue sanctitatis emanabant ob generalem absolutionem a censuris Ecclesiasticis, quibus legati forent ad eorum effectum indifferenter: concedi & in litteris Apostolicis apponi solita praestetur occasio censuras ipsas vili pendendi, & insordescendi in illis statuit & ordinavit huiusmodi absolutionem & clausulam in litteris, quas in futurum cum illa concedi contingerit non suffragari non parentibus rei iudicata, incendiarijs, violatoribus Ecclesiarum, falsificatoribus, & falsificari procurantibus litteras, & supplicationes Apostolicas, & illis utentibus, receptatoribus & fautoribus eorum, ac res veritas ad infideles deferentibus, violatoribus Ecclesiasticae libertatis, via facti ausu temerario Apostolicis mandatis non obtemperantibus, & nuncios vel executores Apostolicae Sedis, & eius Officialium eius communi exequentes impediuntibus, qui propter praemissum, vel aliquod eorum excommunicationi a iure, vel ab homine per quatuor menses scienter excommunicationis sententiam huiusmodi sustinuerint, & generaliter quibuscunque alijs, qui censuris aliquibus etiam alias quam ut praesertur, quomodolibet ligati in illis per annum continuum insorduerint.

OFFICIALES NIHIL EXIGANT ULTRA DEBITUM.

66. **I**tem idem D. N. exactionibus, quas sanctitas sua non sine dispendio plerumque fieri intellexit per Officiales Romanae Curiae, qui constituti sibi emolumentis pro exercitio Officiorum, qua obtinent non contenti ultra a prosequuntibus negotiorum quorundam expeditionem in eadem exigere non verentur, obviare volens libertate praecipiendo inhibuit omnibus & singulis, quaevis officia in eadem curia obtinentibus, ne de cetero quicquam pretextu Officiorum, qua obtinent, quovis colore, etiam ceterioris expeditionis ultra emolumentum a eiusmodi exigere, seu ad hunc effectum expeditionem eorum, qua eis incumbunt, malitiose differre, sub excommunicationis, & praeter illam